Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Diurnale Bursfeldense - Cod. Schwarzach 9

[Hirsau], [1472-1475]

Oracio ante celebracionem

urn:nbn:de:bsz:31-216528

Visual Library

Oratio ante celebrationem

O sancta et Immaculata virgo Mari/
a / mater misericordie / spes venie / via cele/
stis patrie / norma et exemplare discipli/
ne / peccatorum scala / angelorum domina / religiosorum
regina. Ecce ego indignissimus peccator
et minister sancte matris ecclesie / nichil
de meritis meis presumens / sed
auctorem peccatorum devote confisus
intendo tamen in officio misse sa/
cra corporis et sanguinis filii tui domini
nostri Ihesu Christi tractare / consecrare /
tangere / offerre / atque sumere. Et
quoniam ad tanta misteria tractanda
indignum me cognosco / ad tue
misericordie sinum tanquam ad tutissimum po/

tuum / tamq[uam] ad p[er]sonaz et peccatorum
advocatam recurro humiliter tuam
clementiam obtestans / quod tua inter-
cessione / velis et digneris michi
omnium peccatorum scelestissimo graciam
devotioz / compunctioz cordis / lacri-
marum fontem / et peccatorum veram
contritioz a dilectissimo filio tuo impe-
trare / quo tanta misteria digne
tractare / devote sumere / humiliter
offerre / reverenter tangere / et in-
tente perficere possim et valeam /
ea mente / fide / spe / et charitate
qua sancta mater ecclesia illud cele-
brandum ordinavit / et filius
tuus instituit. Asta igitur mi

cum omnibus sanctis et electis dei
Specialiter autem cum patronis meis
specialissimis, tam fideliter et constanter
sicut astitisti filio tuo in cruce pen/
denti, ut hanc missam perficere, et
illud sacrificium offerre tam fideliter
et devote possim pro omnibus fidelibus
vivis et defunctis et pro statu
sancte matris ecclesie, et pro quibus illud
generaliter et specialiter offerre teneor
et debeo ut eius dulcissime pietatis sua/
vitatem in corde meo sentire atque
omnium peccatorum meorum veniam percipere
merear. per eum qui se peccatoribus obtulit
in ara crucis hostiam vivam et im/
maculatam Jhesum christum filium tuum cum

est honor et gloria.

Alia oracio ante celebracionem misse

Domine Jhesu criste ego miserrimus
et indignus peccator et minister ecclesie
uestre catholice, licet tamen intendo
facere in officio misse quod tu
in ultima cena qua cum discipulis
tuis pridie quam patereris habuisti
faciendum instituisti, quod ego sancta
cum ecclesia facio ob laudem et
gloriam sancte trinitatis et in me-
moria sanctissime incarnacionis
Natiuitatis passionis resurrectionis et
ascensionis tue et ob honorem
gloriose genitricis et virginis matris
tue marie Et istius sancti